Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



habuerunt me gratis. Secm Iohannem
illo t. Dixit d. i. d. s. Hoc est preceptum me
um. ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Maiorem hac dilectionem nemo ha
bet. ut animam suam ponat quis pro amicis su
is. Vos amici mei estis. si feceritis quecumq; ego
precipio uobis. Iam non dicam uos seruos. quia
seruus nescit quid faciat dns eius. Vos autem
dixi amicos. quia omnia quecumq; audiui
a patre meo nota feci uobis. Non uos me ele
gistis. sed ego elegi uos. et posui uos ut eatis et
fructum afferatis. et fructus uester maneat. ut
quicumq; petieritis patrem in nomine meo.
illo t. Dixit Secm Lucam. Videt uob.
dns. i. d. s. Ite. ecce ego mitto uos. sicut
agnos inter lupos. Nolite portare sacculum
neq; peram. neq; calciamenta. et nemini per
am salutaueritis. In quamcumq; domum intra
uerit. primum dicite. Pax huic domui. et
si ibi fuerit filius pacis. requiescet super eum pax
uestra. sin autem aduos reuertetur. In eadem autem